



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

D. A. Tractatus De Privilegiis Ecclesiae

Zanchi, Lelio

Veronae, M. D. LXXXVI.

Quadragesimum Nonum Priuilegium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61627)

- 7 Securitas concessa debet intelligi secundum concessionem non autem secundum petitionem.
- 8 Privilegium, vel indulgentia assumunt vires à concessione, & non à petitione.
- 9 Concessio, & petitio quando sunt ambae indeterminatè intelliguntur pro una vice tantum.
- 10 Violatoribus militiæ Christianæ communitio Christiana eis denegatur, veniunt etiam puniendi violatores donec satisfecerint.

Quadragesimum Nonum Privilegium.

- H**ECLESTIA Alio privilegio gaudet licet tale privilegium de quo sum verba facturus male obseruetur. † Tempore belli sunt aliquæ personæ, quibus conceditur saluus conductus eundi, & redeundi, & ita gaudent securitate. Sunt † enim præsbiteri, Monachi, conuersi, Peregrini, Mercatores, rustici, euntes, & redeuntes, vel in agricultura existentes, & animalia quibus arant, & semina portant ad agrum, vt in capitu. 2. de treug. & pac. hic igitur cōsiderandum, † quod homines, & animalia treugis gaudent, † & etiã quod securitas data in eundo intelligitur data in redeundo. Nam ista duo communiter equiparatur in iure, vt in ca. magne in fi. de vot. & l. si cui. ff. ex quibus causa. maio. Sed hic occurrit quædam questio quotidiana, † quando securitas datur bannito, vt ad ciuitatem accedere valeat, & redire an hoc privilegium videatur concessum pro vna vice tantum, an pro pluribus vicibus, vel in infinitum? Bart. in l. i. ff. ad leg. Iul. maie. distinguit, quod aut securitas fuit petita, & determinatè concessa, & tunc standum est determinationi, vt si fuisset dictum ad omne eius bene placitum accedat, argumento capi. scriptum 6. q. 3. aut fuit determinatè petita, & indeterminatè concessa, appositã conditione aliquorum dierum, si superior indeterminatè concessa tunc intelligitur concessa secundum petitionem dierum præfixorum. † Quia responsio debet adaptari petitioni, inst. de inutil. stipu. s. præterea cap. dilectos. s. cæterum de fid. inst. si petitio est indeterminata, & concessio determinata, † securitas debet intelligi concessa secundum concessionem non autem secundum petitionem. † Privilegium vel indulgentia assumunt vires à concessione, & non à petitione, prout sæpe facit Papa signando supplicationem, restringit petitionem,

9 petitionem. † Quando concelsio, & petirio sunt ambe indetermi-
nata, intelligitur pro una vice tantum. l. boues §. hoc sermone. ff. de
verb. signifi. & l. hæc conditio. ff. de cond. & demonst. quare autē
priuilegium securitatis prædictis concedatur quia sunt personæ
extra gremium militiæ, quibus tamen militia indiget, sunt personæ
deputatæ ad suum ministerium, sine quo militia vires corporis, &
10 animæ amitteret. † Ideo eorum violatores veniunt puniendi do-
nec satisreuerent. Communio Christiana eis & denegatur, capitu-
si quis romipetas 24. q. 3.

S V M M A R I V M.

- 1 Clerici regulares & seculares si locauerint aliquem fundum Ecclesie, vel in
fundum dederint cum conditione, vel pacto in præiudicium alterius Eccle-
sie, pactum non ualet.
- 2 Pactum proueniens ex auaritia penitus reprobatur.
- 3 Sepultura electio ex pacto in aliena Ecclesia non licet: licet ex voluntate quis
eligere valeat.
- 4 Pactum reprobatum à Papa nihil dicendum, superstit cum eius auctoritati sit
acquiescendum.
- 5 Pactum cum adiecta pœna, vel iuramento an ob vim iuramenti, & pœna va-
leat?
- 6 Pactum an contra ius vel præter ius; si contra ius nec pactum nec pœna va-
let.
- 7 Pactum si esbet præter ius, licet pactum non valeat, pœna appositæ
ualet.
- 8 Pœna si est adiecta pacto secundum ius poterit agere ad obseruantiam pacti,
vel ad pœnæ solutionem.
- 9 Iuramentum intelligitur quando est seruandum sine interitu salutis æternæ.
- 10 Iuramentum quando super re turpi valeat.
- 11 Iuramentum in contractu de vsuris soluendis venit seruandum.
- 12 Usura est omni lege prohibita.
- 13 Iurans soluere vsuras tenetur.
- 14 Iuramentum continens turpitudinem vtriusque personæ non ualet.
- 15 Quis non potest se vinculare ad peccatum, vel contra bonos mores.
- 16 Iuramentum obligat quando continet turpitudinem solum ex parte re-
cipientis.
- 17 Iuramentum principaliter dirigitur in Deum in quo non reperitur turpitudi-
nigitur qui iurat tenetur ad obseruantiam.
- 18 Solum in virtute iuramenti recepti potest ab eo qui turpiter recepit.

Quin-